

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

^{Tab.}
XXXIII. videlicet symbolum : sinistra cornucopiæ tenet , dextra Vicitrix signum , singulis manibus fertum præferentis, pro Rege videlicet & Regina destinatum.

Occasio nummi eadem, nisi quod hic Regina quoque in societatem gaudii & honoris assumatur. *Ibid.* & *M. S. B.* a minoris aliquanto moduli.

LXX.

Pars adversa cum ea , quæ num. LXII. descripta est, convenit.

FOELICITATI PATRIÆ. Arbos Indica , palmæ crassioris & procerioris species, quæ *Coco* dicitur ; cuius insignia & varia emolumenta vix enumerare queunt , qui in ipsis provinciis sunt peregrinati. Alii succum laudant, quo recenti incolæ utuntur vini loco, & qui post tempus aliquod acetum ; præparatus autem per ignem, aquam vitæ præbet. Nuce hinc quid dulcius , quid ad roborandum stomachum accommodatius? Ex eius ligno vascula parant, foliis arboris tuguria tegunt , itemque vela consuunt pro suis naviis. Hinc recte arguitur : ad fœcunditatem Reginæ , hoc anno filio gravidæ , quem anno insequenti enixa est, adludi; utpote , cum exinde *felicitas patriæ* nonnunquam pendeat. *M. Imp. ar. pond. 3. drach. cum dimid. & V. L. loc. cit. p. 131.*

LXXI.

^{Tab.}
XXXIV. Mulier stolata stans , seu IUNO LUCINA, partus præses, dex-
TOM. II. P. I.

(a) ECL. IV. 7.

tram extendit super puerulum PHILIP- nudum, stantem a dextris : fin. ^{PUS II.} HISPA- cornucopiæ sustinet : pro pedi- NIARUM bus eius pavo , cauda explica- REX. ta , visitur. Additur in peri- pheria hemistichium ex VIRGLI- LIO (a) desumptum: IAM. NO- VA. PROGENIES. & in exergo : 1572.

TVRCÆ. CLASSE. DEVICTA.

Tropæum ex spoliis , de Turca reportatis , in media triremi e- rectum , ut supra num. XLIV.

Gaudium gaudio Hispanis cumulatur. Recens adhuc erat victoriæ *Naupactina* memoria , cum , ecce! Regina felici partu novum regno hæredem , de cœlo quasi demissum daret , qui DIEGO , seu DIDACUS nomi- natus fuit. *Gregorius LETI* eius nativitatem præter nummi fidem ad an. 1573. reponere videtur (b), *V. L. p. 142.*

b

LXXII.

Pars adversa huius & præcedentis eadem. Nam , quod in perigraphe, NOVÆ, legitur, pro, NOVA , id per artificis errorem factum.

In aversa sol nubes pellens, ut supra num. LXVIII. Nimirum amnestiam , sive , ut NEPOS exprimit : *oblivionis legem* 1570. publicatam , ob gaudium recens nati Principis , Rex nunc iusserat prorogari ; quod peculiare habeat clementiæ signum. *Id. p. 143.*

LXXIII.

Effigies Regis , fere ut num. XXIX.

In area a dextris inscriptio : PHILIPPUS II. D. EI GRATIA HISP
U
ania-

(b) Tom. IV. p. 58.

PHILIP-
PUS II.
HISPA-
NIARUM
REX.
*aniarum REX COMES HOLLANDIE.
a sinistris solita Gheusiorum tesse-
ra: EN TOVT FIDELES AV ROY.*

Aversa effigiem ANNAE, ut
num. LX. repräsentat, ubi ante
faciem inscriptio latina legitur:
*ANNA AVSTRIACÆ PHIL. IPPI
HISP. aniarum REG. IS VXOR. &
retro illam: TIENERON. s FOY.*
1572. Pendent e nummo
urceolus & patella, *Gheusiorum*
insignia.

Nummus isthic a Traiectinis,
ut nos Cl. VAN LOON docet,
census est, qui, cum a Duce
ALBANO multis modis preme-
rentur, illo testatum publice
voluerunt: se quidem Regi om-
ni ex parte fidem servaturos,
sic tamen, ut ex altera parte
paetis, cum aliis mutuo initis,
stare, eaque pro aris & focis de-
fendere constituerint. Id quod
quidem tam impossibile erat,
quam quod secundum æternæ
sapientiae effatum (a) impossi-
bile est duobus Dominis servire.
Satis itaque ex suis ipsorum
nummis perspicuum fit, ut fi-
dem Regi debitam eo tempore
ludificaverint Belgæ. *Ibid. p.*

144.

LXXIV.

Sigla duorum horumce num-
morum sic legendæ: *D. eo R. egi
P. atria F. ideles Middelburgenses.*

1.5.7.2. Alii legunt: *Deo Re-
gique Populus Fidelis Middelbur-
gensis.* Sed nostram veram le-
ctionem esse docet nummus si-
milis apud VAN LOON (b), ubi
integra verba expressa sunt. Su-
pra siglas prioris nummi crux
est. Ad dextrum latus tesseræ

(a) MATH. VI. 24.

provinciae Zelandica, ad fini-
strum urbis *Middelburgensis.*

Tab.
XXXIV.

Cum tota fere Zelandia de-
fecisset ab Hispanis, sola *Mid-
delburgensis* urbs, ut idem face-
ret, & Hispanis obsequium de-
negaret, adduci non potuit.
Quare Zelandi vim adhibendam
rati, gravi eam obsidione terra
marique preßerunt, omni com-
meatu privarunt, atque ad ex-
trema redegerunt; ut cogeretur
senatus cedere huiusmodi qua-
dratæ formæ nummos, quos
alias *Castrenses*, seu in necessi-
tate percussos nummos appella-
re consueverunt, quorum de
numero duo sunt, quos VAN
LOON adfert; alter, cuius ecty-
pon hic dedimus, alter priori
similis, nisi quod & superius
in signia *Zelandica* apparent. *I-
bid. p. 156.*

LXXV.

PHILIPPUS. D. EI G. RATIO HISP.
aniarum z. (et cetera) REX. DVX.
BRAB. *antia 1573.* Caput Regis
nudum, dextrorsum conversum,
ad pectus cum lorica & palu-
damento, nec non ordinis au-
rei velleris insigni. Retro illud
Leo *Hollandicus* impressus est.

Perigraphe aversæ: DOMINVS.
MIHI ADVITOR. ex *Psal. CXVII.*
desumpta, in nummis PHILIP-
PI usualibus, saepius occurrit.

Insignia Hispanica coronata,
e quibus aureum vellus pendet,
imposita duobus ramis, ad
Burgundicæ crucis formam di-
spositis. Ab utroque latere igni-
tabula duo & flammulæ obser-
vantur.

Cum

(b) I. c. p. 169.

Tab.
XXXIV.

Cum *Hollandiae* Ordines, ingentibus impensis in bellum iam factis, pecunia defectu laborare inciperent, ita, ut solitum monetarum pretium augere cogarentur; istas monetas, quo in commercio facilius agnosciri, suorum tempore permutari, ac possessoribus pretium illud, quod consueto valori interim adiectum fuit, ex ærario aliquando publico reddi posset, iussuerunt sphyragetico, insignia aut *Hollandiae* aut *Zelandiae* referente, signari. Quales quidem hi nostri nummi sunt: quorum hic prior ipso anno, quo pecunia Regiae notulam illam imprimere cœperunt, cufus. Est autem hic nummus *Philippinus* dictus, cæteri, qui sequuntur, partes sunt *Philippini*. *Ibid.* p. 162.

LXXVI.

Hic nummus priori per omnia similis, dimidius *Philippinus* est, & anno 1562. cufus. Differt tamen in eo, quod Rex: COMES FL. andriae, appellatur. *Ibid.*

LXXVII.

Pars adversa a præcedenti in hoc discrepat, quod caput Regis sinistrorum convertatur, ac pone illud parvula *Zelandiae* inversa conspiciatur. Abeat quoque Ordinis aurei velleris tefera. Scribitur præterea: com. non COMES, & nota temporis 1564.

Aversa pars concors est cum præcedenti, nisi quod scutum *Hispanicum* supra crucem *Burgundice*

TOM. II. P. I.

(a) Locul. III. num. 51. 52. 53. 54.

gundicam repositum sit. Est *PHILIP-*
autem hic nummus quarta pars *PUS II.*
Philippini.

HISPA-
NIARUM
REX.

Idem nummus adseratur in museo BUOLIANO in ar. pond.
1½ drach. sed Rex dextrorum respicit, cum titulo C. HOL. id est *Comes Hollandiae*. Aera quoque Christi desideratur.

LXXVIII.

Perigraphe adversæ eadem est, quæ num. LXXV. Duo rami, in formam crucis *Burgundice* dispositi & ignitabulo inserti, inter notam chronologicam 1567. In inferiori crucis angulo parvula *Hollandiae* impressa est. Manus expansa, nummum *Antverpiæ* cufum, denotat.

Aversa præter solitam perigraphen scutum *Hispanicum* coronatum, & torque aurei velleris circumdateum præfert. Octava pars *Philippini*.

LXXIX.

PH ilippu s. d. ei g. ratis
HISP aniarum REX DVX. GEL.
driae 1570. Effigies Regis ut num. LXXV. omisso ordinis aurei velleris insigni. Cætera cum eodem num. conspirant.

Addimus hunc nummum unciam seu *Philippinum* cæteris, mox enumeratis; quo utrorumque discrimen magis eluceat.

Recurrit porro lemma huius nummi ex *Psal.* CXVIII. 7. de sumptum, in octo, nummis, minoris formæ, apud Collectores Grossorum (a). M. S. B. ar. 2 pond. 1. unc. 6 ibid. a.

U 2

55. 57. 60. & 61.

LXXX.

LXXX.

PHILIP-
PUS II.
HISPA-
NIARUM
REX.

PHILIPPVS. D. ei g. ratia HI-
SPANIARVM. REX. 1573. Effi-
gies Regis ut num. LXXVII.

SAPIENS. DOMINABITVR. AST-
RIS. Novum sidus lucidum.

Sub anni elapsi finem nova
stella prope *Cassiopea* sidus fuerat
detecta. Exeunte vero Ianua-
rio huius anni, vapor quidam
fulgidus, qui hiatum in cœlo
videbatur efficere, apparuerat;
præterea die IX. Dec. Luna de-
liquium fuerat passa. Hinc, ut
erant illa tempora Astrologicis
superstitionibus valde obnoxia,
animi vulgi terroris erant pleni;
Astrologi futura prædicebant,
ipsique Regi PHILIPPO mortem
ominabantur. At sagaciores
flocci eiusmodi vaticinia facien-
tes, Principum fata ab astris
non pendere, hoc nummo,
Antverpiæ cuso, declarabant.
Ibid. p. 147.

LXXXI.

PHilippus d. ei g. ratia HIS-
PIANARUM REX. DOMINUS TRA-
IECT. i. Effigies Regis Ordinis
aurei velleris tessera conspicui,
cætera ut num. LXXVII.

THISBE fonti adstans, ob
mortem PYRAMI, cuius amore
capta fuerat, & cuius ante se
iacens corpus exanime videt,
desperans, pugione pectus trans-
fodit. Post eam leo conspi-
tetur, qui PYRAMO & THISBE
funestam erroris caussam dedit.

In peripheria adscribitur di-
ctum illud DEMOSTHENIS famo-
sissimæ meretricis *Corinthiacæ*
LAIDIS consortium spernentis:

(a) l. cit. p. 148.

POENITERE. TANTI. NON EMO.
& in exergo parmula *Traiecti-
na*, media inter notam chrono-
logicam 1574.

Obscurior est horum num-
morum occasio. Ex mente
Dom. VAN LOON. (a) Traie-
ctini eos cudi iusserunt, cum
ipsis a novo Præfecto LUDOVI-
CO REQUESENIO venia Regis
nomine promitteretur, privile-
gia & iura redderentur, nisi a-
liter Regi fuisset visum. At
Traiectini latere in herba an-
guem suspicantes, fidem Hispano
non adhibebant, quem ipsorum
infidiari obtendebant libertati.
Generatim hi nummi docent:
Belgis Hispanorum amicitiam
omnem suspectam fuisse; licet
leniter cum ipsis agere incipe-
rent, quod luculenter in gravi
illa obsidione Lugdunensi fece-
runt. Sed Belgæ metuebant
fructus funestos talis amicitiae,
quales scilicet amoris illiciti es-
se solent. *Ibid. p. 185.*

Insecuto anno 1575. com-
paruit in Hollandia nummus,
cuius delineationem ex scriniis
Grossorum recens apertis (b)
supplemus Tab. XLIX. n. 43.
quæ sic habet: PHS (*Philippus*)
d. ei g. ratia COM. es HOL. lan-
dia z. EC. ZEL. andia. Leo
Belgicus in scuto corona Comi-
tum ornato, & cruci incumbente.

AVX. ilium NOST. rum IN
NOM. ine DOM. ini. ex *Psal.*
CXXIV. v. 8. Virgo Batavina
sedens, septo circumdata, dex-
trum ad cœlum, radiis rutilans,
attollit. Explicationem ibidem
habes. pag. III.

LXXXII.

(b) Locul. III. T. VII. num. 58.

LXXXII.

CONCORDIA RES PARVÆ CRES-
CVNT. Scutum Regis *Hispa-*
niae coronatum, aureo vellere
cinctum. Ad utrumque scuti
latus siglæ coronatæ p. a. id est:
PHILIPPUS, ANNA.

Pars aversa, quæ prioris.

LXXXIII.

Pars adversa eadem quæ num.
LXXXI.

In aversa *Cupido*, pharetra
instructus, auffigiens a matre
Venere, quæ pallio divinitatis a
tergo dependente induita, &
sinistro cubito columnæ innixa,
illius capiti sagittam infigere at-
tentat. Additur in peripheria
hemistichium: NOCET. EMPTA.
DOLORE. VOLVPTAS. & in seg-
mento adscribitur nomen artifi-
cis: c. v. f. ecit. *Ibid.*

LXXXIV.

Pars huius nummi adversa
eadem quæ num. LXXXI. &
LXXXII. aversa. Et pars eius
postica cum præcedenti conve-
nit. Quaternio horum num-
morum unum idemque argu-
mentum complectitur. *Ibid.*

LXXXV.

Antica cum num. LXXII.
congruit.

In postica capita adversa Re-
gis & Reginæ, ad pectus. Su-
perius corona imminet Regia,
& in ambitu legitur illud Divi
a PAULI (a): GRATIA. DEI. SV-
MVS. QVOD. SVMVS. mutato vi-
delicet singulari numero in plu-
ralem. Additur parvula *Tra-*

(a) 1. Corinth. xv. 10.

iectina, media inter notam chro- PHILIP-
nologicam: 1577. PUS II.
HISPA- NIARUM

Hoc anno Traiectini flagello suo, h. e. præsidio Hispanico, quod arcem adhuc tenuerat, atque hinc in ipsam urbem crebras fecerat excursions, fuerunt penitus liberati; cum Hispani arctiore obsidione a civibus undique pressi cogerentur arcem reddere. Quod beneficium uti Deo cives acceptum referebant, ita hoc nummo eidem tanquam liberatori suo gratam mentem testantur. Sic nummum explicat Cl. D. VAN LOON loc. cit. p. 227.

LXXXVI.

Effigies Regis fere ut num.
LXXVII.

In area a dextris crux *Burgun-*
dica, a sinistris ignitabulum vi-
situr, in ambitu autem perigraphe ex precatiuncula, seu anti-
phona Ecclesiæ mutuata: DA.
PACEM. DÑE. IN. DIEBVS. Nost-
RIS. 1577. Sub brachio Regis
dextro legitur: GELDERland,
ubi nummus videlicet percus-
sus.

In postica copiæ Belgicæ &
Hispanicæ in diversas partes ab-
eunt; qui a sinistris angustis fe-
moralibus induti, Hispanos,
qui laxioribus, Belgas indi-
cant. Perigraphæ: † DISSIPA.
GENTES. QVE. BELLA. VOLVNT.
Psal. 68.

Cusus nummus eo tempore
fuit, quo de recipiendo IOAN-
NE *Austriaco*, tanquam novo
Belgii Præfecto, ac de abducen-
do inde milite Hispano, &
confirmando transactione *Gan-*
U 3 *davenſi*

PHILIP-
PUS II.
HISPA-
NIARUM
REX.

davensi inter hunc ipsum IOAN-
NEM & Belgii Ordines actum est.
Quæ ut ne dissolveretur, plures
quidem ex animo optabant. Li-
cet autem & pacificatio subscrip-
tione roborata, & miles in Ita-
liam dimissus sit: res tamen op-
tato effectu destituta fuit, Au-
riaci Principis astu, ut fuse nar-
rat *Famianus STRADA* (a). *Ibid.*
p. 229.

Anno mox subsecuto, alias
fere eiusdem argumenti in Gel-
dria cusus est nummus, cuius
adversa effigiem Regis armati
& coronati sifit, dextra sce-
ptrum tenentis cum epigrapha:
PHilippus d.ei g.ratia HIS.paniæ z (catera) REX. DVX. GEL.
driae 1578.

In aversa scutum coronatum
& torque aurei velleris cinctum,
adscripto lemmate: *PACE. ET.*
IVSTITIA.

Typum huius nummi habes
in collectione *Uncialium selec-*
torum edita Hamburgi 1739.

(b).

Idem porro lemma recurrit
in duobus nummis apud col-
lectores *Grossorum* (c). Prior
ille Antverpiæ, alter anno 1577.
Bruxellis percussus fuit.

LXXVII.

PHILIPP9. II. HISP. *aniarum*
ET. NOVI. ORBIS. REX. Pro-
tome Regis togati a fronte,
cum pallio, collari, & ordinis
aurei velleris insigni, nec non
pileo turbinato in capite, Hi-
spanorum more.

In aversa globus terrestris,

(a) de bello Belg. Dec. i. lib. ix. pag.
290. seqq.

(b) Tab. XXVIII. num. i. pag. 101.

cui equus ferociens insistit, ex-
tra eum profilire gestiens, ad-
ditto lemmate: *NON. SVFFICIT.*
ORBIS.

Tab.
XXXIV.

Mortuo Rege Lusitanæ SE-
BASTIANO, ut item Cardinale
HENRICO, eius propatruo, PHI-
LIPPUS dupli nomine, scilicet,
ob matrem ISABELLAM, EMA-
NUELIS Regis filiam, & ob u-
xorem MARIAM, IOANNIS III.
filiam, Regnum Lusitanæ sibi
vindicabat; coque per ALBA-
NUM Ducem, victo ANTONIO
a Lusitanis creato, potitus,
quasi alter quidam ALEXANDER
unum orbem, antiquum scili-
cat, qui Lusitania terminabatur,
sibi haud sufficere, sed novo
quasi opus esse, declarat hoc
nummo.

Quod ad titulum adversæ
partis spectat: *NOVI ORBIS*
REX, simpliciter audit, qui ante-
tea *NOVI ORBIS OCCIDVI* dun-
taxat *REX* (d) appellabatur;
cuius quidem rei ratio ex anno-
tatione ad sequentem nummum
facile apparebit. *Ibid. p. 282.*
& LUCK. p. 219.

d

LXXXVIII.

Partem adversam, quæ cum
præcedenti ex amissi respon-
dens, apud D. VAN LOON ex-
stat, haud delineari curavimus.

In aversa Sphæra terrestris,
cuius hemisphærium elevatum
est, cum inscriptione: *RELIQV-*
VM. DATVR.

Pro ampliori huius emble-
matis intelligentia Clar. VAN
LOON hic animadvertis: quod
dete-

(c) Locul. III. num. 49. & 50.
(d) supra pag. 136. num. xv. & alibi.

EX. N.
ad.
CIT.
e St.
inalle
PHI.
dicer,
EMA.
ob u.
s III.
fibi
LBA.
NIO
us ,
ADER
scili.
natur,
novo
hoc

verfe
RBIS
i an-
dun-
tur ; d
anno-
num
282.

cum
pon-
; ex-
mus.
hris,
tum
QV.

ble
VAN
quod
-
ni.